





VAN DER  
HILosophie

5050

5

B 839  
A 2  
v. 5

00966



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ  
Episcopi Leonensis



1080014407

PRAELECTIONUM  
PHILOSOPHIAE SCHOLASTICAE  
BREVIS CONSPECTUS.

PRAELECTIONUM  
PHILOSOPHIAE SCHOLASTICAE  
BREVIS CONSPECTUS

AUCTORE

J. VAN DER AA S. J.

PHILOSOPHIAE PROFESSORE  
IN COLLEGIO SOCIETATIS JESU LOVANIENSI.

EDITIO ALTERA.

VOLUMEN QUINTUM  
HISTORIA PHILOSOPHIAE



LOVANII  
TYPIS CAROLI FONTEYN, BIBLIOPOLAE

VIA BRUXELLENSI, 6.

1889.



Capilla Alfonsina  
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN  
Biblioteca Valverde y Tellez

46119

B839

A2

v.5

## LIBER OCTAVUS.

### HISTORIA PHILOSOPHIAE.

#### PROOEMIUM.

#### SUPERIORUM PERMISSU

Post philosophiae totius paelectiones systematice propositas, remanet ut quae fuerint apud genus humanum varia ejusdem fata, quae evolutiones ac progressus, exponamus; atque illud praestemus jam, a quo in praecedentibus consulto abstinere solebamus. Quemadmodum enim in generali introductione ad philosophiam monebamus, in ordinariis paelectionibus scopus studiorum non erat ut quis quid senserit investigaremus, sed potius ut quid verum sit, cur et quomodo in sese constet scrutaremur. At tempus est ut etiam priorem inquisitionem non omittamus, quae est philosophiae historia, quae nunc tandem utilius, facilius, et melius intelligi poterit.

1) *Definiri* potest historia philosophiae : ordinata expositio sententiarum et opinionum hominum circa philosophicas disciplinas per omnem mundi aetatem. Hanc aliis definire brevius paeplacet : descriptionem progressum humani ingenii. — Patet proinde in quo differat *historia philosophiae* : a) a *philosophia historiae*, quae est ordinata series veritatum philosophicarum practicarum ex eventibus humanis historicis deducta ; — b) ab *historia philosophica*, quae esset narratio gestorum humanorum, reflexionibus philosophicis in facta historica intermixtis, sed non cohaerentibus, nullum systema unum efformantibus. — Hinc patet insuper : a) ex historia philosophiae excludi philosophorum vitas, utpote quas describere *biographiae* potius est (licet ad explicationem aliquando brevis notitia possit admitti); b) minime requiri, neque exoptandum esse, ut omnes vel plures philosophi inferioris

LIB. VIII.



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

009662